

$\pi_m$   
930



FK13  
13



*De veterum numismatum inscriptione.  
Providentiæ vel Providentiæ Deorum*

ILLUSTRIS  
AUGUSTEI  
NATALEM

QVINQVAGESIMUM  
SECUNDUM  
ORATIONE ANNIVERSARIA  
DECENTER CELEBRATURUS,  
FOVENTES

MUSAS AUGUSTAS  
IISQUE FAVENTES  
OBSERVANTER, PERAMANTER  
INVITAT, CONVOCAT

D. CHRISTIANUS WEIDLINGIUS,  
COMES PALATINUS CÆSAREUS, CONSILIAR. SAXON.  
ILLUSTR. AUGUSTEI RECTOR, PRUDENT.  
CIVIL. ELOQVENT. ET HISTORIAR.  
PROFESS. PUBLIC.





Vo majori humanæ res a Summo Numine condecoratæ dignitate; eo nobiliori dignæ existimantur Providentiæ divina gradu. Et quid miri? Potentissima namque omnipotentis Creatoris Providentiæ aneus est clypeus creaturarum rerum omnium. Quantis vero radiis Cœlestis gratiæ Sol otnavit creationem; tantis, S. Patre Augustino iudice, & illustrabit gratiosam gubernationem & conservationem. Agnovere hoc non divina solum luce collustrati præsci Christiani, sed & spissis gentilium tenebris involuti pagani. Quem Theologorum æque ac Politicorum fugiet, quod, uti summa Imperia, ita & illustria Scientiarum Seminaria singulari providentiæ divinæ protegantur umbone. Tantum vero abest, ut accersendo Celeberrimorum Theologorum stellas, Soli lucem accendere, utpotius jucundis ac splendidis umbris ex cana antiquitate derivatis, veritati radios scenerari animus sit. Pretiosiora itaque Gloriosorum Imperatorum commendata cupio Numismata, egregium robur asserto conciliantia. Sane, verba pro hoc faciunt non solum Antonini Pii ac Pertinacis, sed & Macrini, Aureliani aliorumque Imperatorum pretiosi Nummi aurei. Sicuti vero Antoninus Imperator ob raram & catenatam Deorum venerationem Pii splendore constanter radiavit, ita mirum haud est, quod inter Nummos ejus reperiatur aliquis, non solum Jovis fulmine, sed & his vocibus: PROVIDENTIÆ DEORUM, ornatus. Fulmine telum Jovis supremam præcul dubio autoritatem & Imperium designavit. Antiquis celebritatem nominis & auspiciam rerum illustrium significabat; Apud Ægyptios amplitudinem gloriæ & famæ toto terrarum Orbe diffusam. Et quoniam, referente Capitolino, fulgur cælo sereno sine noxa in Domum Antonini venit, idque pro Imperii omine acceptum, ad hunc casum exprimendum antiquitatum Cultores signatum autumant elegantissimum hunc Nummum. Eruditas hæc conjecturas suffulcire allaborat Clarissimus Casaubonus, asserens, fulgur apud Capitolinum pro fulmine non raro usurpari, & fulmen ab aruspici-

bus,

bus, autōre Ammiano, Consiliarium vocari, quod ejus indicio credebant, Principibus præfagiri rerum eventus. Quoniam verò non raro antecessorum radiis superbiere conantur Romani Imperatores, itaque Pertinacis Cæsaris avo Nummus percussus, Deorum providentiam adumbrans, quæ Pertinax, dum mortem expectat, Orbis Imperium etiam invitus accepit. Repræsentatur namque in eodem Providentia, cœlitus Orbis Imperium demissum velut acceptans, ad informandam feram posteritatem, Deorum decreto, laudato Principi sceptrum fuisse delatum. Macrini etiam virtutem ejusmodi condecorari Nummo, splendidissima Gloriosissimorum Magnatum testantur gazophylacia. Sistit vero hoc Numisma iterum Deam Providentiam. Omen profecto felix, indicans, non sine Numine divum Imperium hunc Cæsarem auspicari. Dextra scepro ornatur, quo non tangit Orbem, sed superne tantum designat, ne vim adferre rebus videatur, Sinistra vero tenet Cornu Copiæ, ad designanda procul dubio faustissima & maxime florentia Imperii tempora. Nec admiratione dignum, quod idem plane Nummus Imperatoris Balbini splendorem adaugere annitatur. Deorum namque Providentia orbem temperat, rerumque abundantiam inducit. Et quidni hanc gratitudine motus extolleret Balbinus, orbis Imperio solo Dei nutu, sibi & Collegæ firmato? Incomparabili plane venustate fulget Nummus in honorem Aureliani, juxta ac Conjugis Severinæ fabricatus. Adumbrat namque præter Concordiam, binis armatam signis militaribus, & Solem ea forma, quæ veri simile est, illum cultum fuisse in Syria, sæpe commendata verba: PROVIDENTIA DEORUM. Sub Concordia ipsam latitare Severinam autor est Tristanus, Huic non solum subscribit celeberrimus Patinus, sed & sub schemate Solis Aurelianum latitare opinatur. Pietas tamen hanc opinionem, si non plane evertit, dubiam tamen reddit. Aurelianum certe fasces & Victorias neutiqvam virtuti propriæ, sed Deorum infinitæ potentia adsignasse, satis evincit templum Solis, quod magnificentissimum constituit. Testatur etiam Epistola, quæ Marcomannis urgentibus, fatales libros inspici jussit, adeo, ut Ulpius Crinitus tantam Principis virtutem arbitrantibus, ut opus non esset, Deos consuli, jure responderit: *Quasi & ipse Vir Magnus non Deos colat, non de Diis immortalibus speret?* Sicuti verò Sol imperium, ex gentilium opinione, Aureliano portendit victoriasque peperit; ita Concordia militum animos conciliavit. Imperatorem Aurelianum vero Solem quam maxime coluisse, patet ex Oratione, quæ pro decreto Consulatu Valeriano Imperatori gratias agens dixit apud Vopiscum: *Agó gratias bonitati Tue & accipio Consulatum, quem das, Diifaciant & Deus certus sol, ut & senatus de me sic judicet vid. Numismat. Aur. Jac. de Bie Tab. XLVII. p. 115. Beger. Thesaur. Brandenburg. Tom. II. p. 761.* Et quis in dubium vocaret, quod parili modo Illustria seminaria, Academias intelligo & Gymnasia Aca-

demi-

FKM 930

demica sub singularis divinae providentiae scuto vigescant, florescant. Nonne limpidissimi fontes sunt, ex quibus vera Ecclesiae vigor, Rerum-publicarum salus omniumque societatum felicitas derivatur? Quanta providentiae specialis documenta & gratia divina argumenta gratum exhilarant animum, quoties illustris Augustei gloriosam foundationem, gratiosam gubernationem & conservationem iustitiam ac pensamus? Nostrarum itaque omnino partium erit, non solum Regi Regum, Summo Augustei Protectori, Gloriosisque illius Vicariis solennes decernere grates, sed & calidissimas ad propitium Coelum fundere preces, quo haec florentissima scientiarum Officina indies amplius floreat & maiora quotannis capiat incrementa. Huic obligationis vinculo, in quantum fieri poterit, facturi sumus, castina luce, ad spirante divina gratia, hora X. L. C. *Illustre Augusteum seu splendissimum Solis Templum*, mentis oculis sistere decrevimus. Cui solennitati aequae ac pietati ut omnes, qui Musas Augustas favore complectuntur, interesse haud dedignentur, est quod submisit & peramanter obtestamur. Frequentem conspectum Studiosorum Augustorum & pia gratitudinis & devotae submissionis vinculum nobis spondet ac pollicetur. P. P. in Festo Reformat. Lutheri sacro,  
A. O. R. M. D. CCXV.

LEUCOPETRÆ.

Typis Joh. Christoph. Brühlii, Aul. & August. Typogr.



MC

ant.  
um-  
oro-  
xhi-  
ati-  
No-  
mo  
tes,  
en-  
ca-  
fa-  
Au-  
nus.  
om-  
iter  
pia

ULB Halle 3  
003 739 074  


f

10







*De veterum monumentum inscriptione.  
Providentia vel Providentia. Devam*



ILLUSTRIS  
GUSTEI  
TALEM  
QVAGESIMUM  
ECUNDUM  
NE ANNIVERSARIA  
R CELEBRATURUS,  
FOVENTES  
AS AUGUSTAS  
VE FAVENTES  
TER, PERAMANTER  
ITAT, CONVOCAT  
ANUS WEIDLINGIUS,  
S CÆSAREUS, CONSILIAR. SAXON.  
GUSTEI RECTOR, PRUDENT.  
OVENT. ET HISTOTIAR,  
PROFESS. PUBLIC.

